

Première Supérieure – Ulm : Latin

Xavier MARTIN LAPRADE

Les étudiants mettront à profit l'été pour maintenir et consolider leurs connaissances du latin en se munissant, si ce n'est fait, des usuels indispensables et en réalisant les travaux indiqués ci-dessous :

1. Usuels indispensables :

- Dictionnaire latin-français (Gaffiot ou Goelzer – pas de version poche) ;
- Grammaire latine (Sauzy, Ernout & Thomas...) ;
- Pour les lettres classiques, dictionnaire français-latin Edon.

2. Lecture obligatoire d'œuvres traduites, prise de notes indispensable (ces œuvres en lien avec la thématique de culture et civilisation antiques au programme pour la session 2024 (guerre et paix) ont sans doute été lues en HK. N'hésitez pas à raviver leur connaissance qui donnera lieu à une vérification à la rentrée) :

- Plaute, *Le Soldat fanfaron* ;
- Cicéron, *Catilinaires* ;
- Virgile, *Énéide*, chants VII à XII ;
- Sénèque, *Les Troyennes* ;
- Tacite, *Histoires*, livre I.

3. Lecture facultative d'œuvres traduites :

- Plaute, *Les Captifs* ;
- Virgile, *Énéide*. Chants I à VI ;
- Sénèque, *Les Phéniciennes*.

4. Versions : chacun, à son rythme, doit **obligatoirement** faire les versions ci-dessous, dans l'ordre où elles se présentent (à envoyer par mail au format Word, à l'adresse suivante : xaviermartinlaprade@gmail.com. Ecrire une ligne sur deux.) – ceux qui ne les auront pas faites le jour de la rentrée, disposeront des 15 premiers jours pour les réaliser en plus du travail demandé alors. **Le recours à une traduction est à proscrire formellement.**

Traduction intégrale pour tous

Cervus nemorosis excitatus latibulis,
ut venatorum effugeret instantem necem,
caeco timore proximam villam petit,
ut opportuno se ibi bovili condidit.
5 Hic bos latenti « Quidnam voluisti tibi,
infelix, ultro qui ad necem cucurreris ? »
At ille supplex « Vos modo » inquit « parcite
Spatium diei ; noctis excipient vices ;
occasione rursus erumpam data. »
10 Frondem bubulcus adfert, nil adeo videt.
Eunt subinde et redeunt omnes rustici,
nemo animadvertit ; transit etiam vilicus,
nec ille quicquam sentit. Tum gaudens ferus
bubus quietis agere coepit gratias,
15 hospitium adverso quod praestiterint tempore.
Respondit unus « Salvum te cupimus quidem ;
sed, ille qui oculos centum habet si venerit,
magno in periculo vita vertetur tua. »
Haec inter ipse dominus a cena redit ;
20 et, quia corruptos viderat nuper boves,
accedit ad praesaepe : « Cur frondis parum est ?
Stramenta desunt. Tollere haec aranea
quantum est laboris ? » Dum scrutatur singula,
cervi quoque alta conspicatur cornua ;
25 quem convocata iubet occidi familia,
praedamque tollit. Haec significat fabula
dominum videre plurimum in rebus suis.

Traduction intégrale pour tous

Au IV^{ème} siècle avant notre ère, le consul Marcus Furius Camillus propose au Sénat d'instaurer la paix dans le Latium occupé par la puissance romaine.

« Patres conscripti, quod bello armisque in Latio agendum fuit, id iam deum benignitate ac uirtute militum ad finem uenit. Caesi ad Pedum Asturamque sunt exercitus hostium; oppida Latina omnia et Antium ex Volscis aut ui capta aut recepta in deditiōnem praesidiis tenentur uestris. Reliqua consultatio est, quoniam rebellando saepius nos sollicitant, quonam modo
5 perpetua pace quietos obtineamus. Di immortales ita uos potentes huius consilii fecerunt ut, sit Latium deinde an non sit, in uestra manu posuerint; itaque pacem uobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum uel saeuendo uel ignoscendo potestis. Voltis crudeliter consulere in deditos uictosque? licet delere omne Latium, uastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaue saepe usi estis. Voltis exemplo
10 maiorum augere rem Romanam uictos in ciuitatem accipiendo? materia crescendi per summam gloriam suppeditat. Certe id firmissimum longe imperium est quo oboedientes gaudent. Sed maturato opus est quidquid statuere placet; tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis; et uestram itaque de eis curam quam primum absolui et illorum animos, dum exspectatione stupent, seu poena seu beneficio praeoccupari oportet. Nostrum
15 fuit efficere ut omnium rerum uobis ad consulendum potestas esset; uestrum est decernere quod optimum uobis reique publicae sit. »

Les carrés peuvent se limiter aux vers 215 à 236 inclus.

Quand l'*amor* infuse dans le sang des taureaux...

- 215 Carpit enim vires paulatim, uritque videndo
Femina, nec nemorum patitur meminisse nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris et sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna Sila formosa juvenca :
- 220 Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris ; lavit ater corpora sanguis,
Versaque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu : reboant silvæque et magnus Olympus.
Nec mos bellantes una stabulare : sed alter
- 225 Victus abit, longeque ignotis exsulat oris,
Multa gemens ignominiam, plagasque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores ;
Et stabula adspectans regnis excessit avitis.
Ergo omni cura vires exercet, et inter
- 230 Dura jacet pernox instrato saxa cubili,
Frondebis hirsutis et carice pastus acuta ;
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus, et sparsa ad pugnam proludit arena.
- 235 Post, ubi collectum robur, viresque refertæ,
Signa movet, præcepsque oblitum fertur in hostem :
Fluctus uti, medio cœpit quum albescere ponto
Longius, ex altoque sinum trahit ; utque, volutus
Ad terras, immane sonat per saxa, neque ipso
- 240 Monte minor procumbit ; at ima exæstuat unda
Vorticibus, nigramque alte subjectat arenam.
Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres
In furias ignemque ruunt : amor omnibus idem.
-

Les carrés peuvent se limiter aux 19 premières lignes, jusqu'à *propinquare*.

Près de Samosate, en 359 après JC, Ursicin, chef de l'armée romaine d'Orient, est confronté à un corps d'armée perse très supérieur en nombre. L'auteur est sous ses ordres.

Moxque, ut dictum est, cum abituri Samosatam luce etiam tum dubia pergeremus, ab alta quadam specula radiantium armorum splendore praestrici hostisque adesse excitatius clamitantes, signo dato quod ad proelium solet hortari, restitimus conglobati, nec fugam capessere cum essentiam in contuitu qui sectarentur, nec congredi cum hoste equitatu et numero praevalente metu indubitatae mortis cautum existimantes.

Denique ex ultima necessitate manibus iam conserendis, cum quid agi oporteat cunctaremur, occiduntur quidam nostrorum temere procursantes et urgente utraque parte Antoninus¹ ambitiose praegrediens agmina, ab Vrsicino agnitus et obiurgatorio sonu vocis increpitus proditorque et nefarius appellatus, sublata tiara, quam capiti summo ferebat honoris insigne, desiluit equo curuatisque membris, humum vultu paene contingens salutavit patronum appellans et dominum, manus post terga conectens, quod apud Assyrios supplicis indicat formam. Et « Ignosce mihi » inquit « amplissime comes, necessitate, non voluntate ad haec, quae noui scelestas, prolapsos : egere me praecipitem iniqui flagitatores, ut nosti, quorum avaritiae ne tua quidem excelsa illa fortuna propugnans miseris meis potuit refragari. » Simul haec dicens e medio prospectu abscessit non auersus, sed dum evanesceret verecunde retrogradiens et pectus ostentans.

Quae dum in curriculo semihorae aguntur, post signani nostri, qui tenebant editiora collis, exclamant aliam cataphractorum multitudinem equitum pone visam celeritate quam maxima propinquare. Atque ut in rebus solent adflictis, ambigentes cuinam deberet aut posset occurri, trudente pondere plebis immensae passim, qua cuique proximum videbatur, diffundimur uniuersi, dumque se quisque expedire discrimine magno conatur, sparsim disiecti hosti concursatori miscemur.

¹ Antonin : Négociant ; transfuge à la solde des Perses.